



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

[XXV. Hyperdvliæ Species, Ad Marianum Sodalitium quamplurimos
pellicere.]

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

ligione veneratus est. His enim, ut alia
omittam, sacra etiam homologesi ani-
mū expiabat, diuinoq; epulo recreabat.

§. I. I.

Premium Hyperdulia

Fuit, quòd Berchmannus his ipsis die-
bus Dominæ sacris vberiore diuinorum
charismatum torrente sit inundatus.
Neque enim liberalissimum DEVS aut
benignissima mater eius à quoquam
mortalium sese vinci liberalitate, vel
benignitate sinunt.

X X V.

HYPERDVLIAE SPECIES,

Ad Marianum Sodalitium
quamplurimos pellicere.

§. I.

BONUM, quo maius, meliusque est
eò se magis alijs communicat. Hinc
summum bonum (DEVS) est summè
sui communicatum, quemadmodum
loquitur S. Dionysius Areopagita Luce-
tiæ Episcopus, & Martyr.

Huius

Huius non ignorans Berchmannus etiamdum adolescentulus, simul in Marianū sodalitiū admissus est, non contentus methodo hac B. MARIAM Deiparam Virginem coluisse, bonum, quo gaudebat ipse, studuit & alijs communicare. Quapropter insigni suā industria suauiſsimāq; consuetudine, quam plurimos non è suis modò commilitonibus, coæuis, popularibus, sed reliquis quoq; seminarij publici alumni ad idem sodalitiū pellexit, dicere solitus, se illis affici præcipuo potentioris amoris affectu, quos nosset Matri sanctissimæ singulariter esse deuotos.

§. II.

Premium Hyperdulia

Fuit, quòd Berchmannus quamplurimas animas animarū conditori, seruatori, Redemptorīq; lucratus sit, dum Parthenium in sodalitiū (vbi B. MARIA Deipara adeo feruenter colitur) tot socios allexit. Nam cultus Magnæ Matris virginis, tessera indubia salutis.